



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

29. Junij. 3. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

486 ANNI CISTERCIENS.

*illius Ratio. Utramque tu iura: & Ratio-  
ni quidem, ad pedes Jesu per contemplati-  
onem sedenti, lumen impetra, Voluntati vi-  
res, ut bene cognita fortiter impleat.*

Lumen S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Ratio-  
nis, & Vo-  
luntatis. *Non parum profecit anima tua, cuius  
immutata voluntas, cuius illuminata  
ratio est: ut bonum & velit & noverit.*

*In altero vitam, in altero visum rece-  
pit: nam & malum volendo mortua  
erat, & bonum ignorando ceca.*



29. Junij. 3. Cal. Julij.

Obijt  
anno  
1132.

**P**ETRE, Archiepiscopo Taranta-  
siæ: qui à S. Stephano ex Cistercio  
ad condendam Firmitatem cum alijs  
emissus, Prioris officio tanta perfecti-  
one functus es, ut communi suffragio  
Abbati primo successeris. Doctrinæ  
autem & sanctimonix tuæ famâ in re-  
giones longè distitas diffusâ, brevè à  
Clero Tarantasiensi ad Archiepisco-  
palem sedem vocatus; adeoque primus  
eras, qui humili Cisterciensium cucul-  
læ imposuit publici honoris Insignia.  
Reportatum ex paucorum annorum  
regimlne



regimine celeberrimum nomen, præter miracula, tam in vivis, quàm post obitum, à te patrata, successor illustrius effecit; ea ratione, qua ex noctis opaco æstimamus splendorem solis. Is enim vitiosè intrusus, ac luxui deditus, pretiosa templorum ornamenta, amplos pro juvandis egenis proventus, aliáq; per industriam tuam comparata bona, nefariè dilapidavit: relictâ novi laboris segete Magno illi Petro, qui è Stamedio, Cisterciensis itidem Ordinis cœnobio assumptus, & huic Iurconi fuit subrogatus. *Malè queror de hujus vitæ brevitate, cùm tuo me exemplo doceas, mo dico temporis intervallo ingenia bona à non deside posse comparari. Quàm dulcis erit morienti memoria bene impensæ temporis, quàm amara neglecti!*

B. CUNO, monache Hemmenro-Circa densis: qui acquisitam inter beatos annum gloriam tuam B. Isembardo, ejus loci 1218. Sacristæ demonstrâsti. Fulgebas in veste candida, radios instar solis emittente: cujus splendoris causam esse dicebas: quòd te ab omni vel minimo nævo servare studueris immaculatum; si quid tamen per inadvertentiam irrepserit delicti, illud mox rigidâ pœnitentiâ castigaveris. *Unica stilla de contrito corde expressa, plus modò habet viriû*

Pretium  
tēporis  
æstimā-  
dum

Appa-  
ret glo-  
riosus.



Qui hic flebit, ad delenda peccata, quàm in orbe altero habiturus sit integer lacrymarum oceanus. Cur ergo nunc rideo, ut eternùm fleam, & non potius per momentum gemo, ut eternùm rideam?

S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Operandum est *Nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis sunt: tempus planè & querendi, & invocandi: quando plerumq; & lucem habemus. antequam invocetur, adesse sentitur. Quòd si per bona opera queritur Deus, ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes; præsertim cum Dominus apertè pronunciet: venire noctè, quando nemo potest operari.*



30. Junij. Pridie Cal. Julij.

Obijt **B**ARNULPHE, Villarij Converse: anno 1228. qui cum primos juventutis annos, per assuetam illi ætati levitatem transigisses; inspiratione divina mutatus in alium, malè perditum temporis jacturam rigida carnis castigatione, vigilijs, alijsque Christianæ pietatis operibus resarcire conatus es. Non omisit hos labores